



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

De excommunicatione, & eius forma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96556)

Denique constat in huius dictionis etymologia errasse Panormit. post alios in d. c. cum non ab homine. cum nu. 2. 3. is exilimat anathema dici ab *an*, quod est iurium, & *tha*, quod est figura quaedam ad formam literæ, quæ olim imprimetur in frontibus damnatorum, quasi anathema, id est, superna maledictio. etenim hæc derivatio profus est inconcinna, & à vero dictionis etymo satis aliena, tamen ex auctoribus confitet, hanc Græcâ literam *θ*, quæ *θ*eta dicitur, literisque Latinis redditur *th*. & *theta*, in iudicialibus sententiis signum fuisse damnationis. nam & Isidorus in primo etymologiarum lib. scribit, ita militari more solere fieri, ut *ca*si, *sa*lvi, & significarentur, fortassis ea ratione quod *θ*, sit prima litera dictionis *θ*ana, quæ Græce mortem significat. Aconius etiam Padianus, ut Erasmus in proverbio *θ*, præfigere, refert, adnotavit, olim in iudiciis, sortes, quæ mittebantur in urnam triplicem notâ habere solere, ac *θ*, damnationis fuisse symbolum, & absolutiois, & ampliatiois, id est, quoties significabatur sibi parû adhuc lique- re, ac denu causam agi oportere, verum apud Aconium in 3. contra Verrem actione legitimus, A, notam esse absolutio- nis, C, condemnationis, N, L, ampliatiois, quasi non lique- ret. Idem fere apud eundem Aconium in prima contra Verrem actione. fuisse tamen olim *θ*, *theta*, signum condemnationis manifeste constat apud Persium Satyra 4

Et potis es nigrum vitio præfigere theta.
Martialis lib. 7. ad Caltricum.
Nosti mortiferum quas foris, Castrice, signum?
Est opera pretium discere theta novum.
Aulonius in pedagogo liguritore.
Tuumque nomen theta scilicet signet.
Quo in loco alii non scilicet, sed *seculis*, legendum esse pu- tant. atque hæc de anathemate dicta sint, ex quibus intelli- genda sunt quæ Syluest. in verb. excommunicatio, l. q. vlt. scribit, tradens anathema in effectum non differre ab excommuni- catione maiori: & probat etymologiam illam, quam ex Panor. & aliis modo adducebamus.

S. N O N V S.

De excommunicatione & eius forma.

S Y M M A R I A.

- 1 Excommunicationis sententia ferenda non est, nisi pro gravi culpa, quæ mortalis sit, & ex hoc multa inferuntur.
- 2 Intellect. c. pernit. de sent. excom.
- 3 Contumacia in re leui contingens, an sit digna excommunicatione? & inibi late traditur, quando inobedientia sit speciale peccatum.
- 4 Monitio necessaria est ad excommunicationem infligendam, & ibi an debeat esse personalis.
- 5 Monitio ad excommunicationem proferendam debet esse trina.
- 6 Monitio trina, an necessaria sit ad excommunicationem in notoriis.
- 7 Excommunicatio lata absque trina monitione non est nulla, sed iniusta.
- 8 Excommunicatio lata à iudice delegato, cui in mandato traditus est trina monitionis ordo, an sit nulla?

Quanto grauior & acerbior est Christi fidelibus exco- municationis censure, maioraque interius & exterius inter notu- menta: tanto maturius cautiore iudicio Eccle- siarû Prælati, eorûque Vicarii ea vti debent prius, enim quâ aliquis excommunicetur, discutienda, & examinanda est criminis qualitas, & ipsius, qui ab Ecclesia segregandus est, contumacia, quasi is tantum excommunicandus sit, qui noluerit penitere, nec ad rectum tramitè monitus re- dire, ut sic confusus, & erubescens respiciat. Nâ & si Præ- lati excommunicandi potestatem habeant, nō debent hanc acerbissimam punitionem temere & sine graui causa ex- exercere, siquidem nullus debet ea plecti pœna, nisi pro cri- mine mortali, & qui alioqui corrigi non valet. cap. nemo. & cap. nullus. 11. quest. 3. optime idem admonet Leo Papa huius nominis primus in epistola 67. ad Episcopos per Viennensem prouinciam constitutos. sic enim inquit, nulli Christiano- rum facile communitio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus vltionem inuitus, & dolens quodammodo debet esse animus vindicantis. hæc & alia ad hanc rem inibi Leo summus Eccle- sia, idemque sanctissimus pastor. Gratianus autem tribuit auctoritatem illius cap. nemo. Concilio Meldensi, ut arbi- tror, secutus Iuonem Carnotensem libro 5. de sentent. excomm. & cap. nullus. Concilio Aluernensi: cum tamen is Canon sit tribuendus Concilio Wormaciensi, ut constat ex libro cō- ciliorum, Canon 2. Wormaciensis Concilii. idem probatur multis auctoribus, quibus apparet, sententiam excommuni- cationis non esse infligendam à iure, nec à homine, nisi

pro mortali culpa, sicuti docuerunt Theologi, præsertim S. Tho. in 4. sent. dist. 18. quest. 2. ad 3. quest. Felin. post. in d. d. de sent. excom. Ioan. Lup. in cap. per vestras. de donat. vir. & re. 3. vlt. num. 13. & alii statim in illationibus citandi. est etenim hæc omnium concors sententia, ex qua plura deduci solent, & nos aliquot causâ faciliors cognitionis deducemus.

Primum sane hinc apparet, lege lata, cui adiecta sit ex- communicatiois pœna, euidenter colligi, legislatoris in- tentionem fuisse obligare transgressorem ad mortalem culpam. nam alioqui h legi conditor talem intentionem non habuisset, iniquissime talem penam contra legis trans- gressorem statuisset, qua ratione, vel lex est censenda in- iusta, vel intentio obligandi ad mortalem culpam, & con- obligatio necessario deducitur, præsertim quia excom. glo- dius censetur spiritualis, cap. dilecto. ff. tit. cap. venerabilem. quod si leg. Panor. in c. 1. de hom. not. in e. cum non ab homine. de iust. c. con- ripiamur. 24. q. 3.

Secundo, ut proximam illationem amplius explicemus, inferitur excommunicatione à iure, vel ab homine gene- raliter inflictam, nemine afficere, nec ligare, nisi is trans- grediendo legem, vel iudicis præceptum, mortale crimine commiserit, quod in specie respondit Pau. in 4. sent. dist. 18. quest. 1. art. 2. conclus. 2. cui accedit Hadr. in 4. sentent. in 1. rad. de clauis. 3. vers. fortassis obuiet. etenim licet propter excommuni- cationis penam sit præsumendum, & colligatur, voluisse le- gillatorem ad mortalem culpam obligare transgressorem, attamen quoties propter aliquam circumstantiam, & que- litatem actus consistit, transgressiois culpam aliquam mortalem, veniale esse. tunc dicendum est, non esse le- gum excommunicationi Canonis, nec iudicis, idem notat Syluest. in verb. excommunicatio. 1. notab. 3. fere ad finem.

Tertio, licet in cap. peruenit. ist. tit. satis ab eius interpretibus disputetur, quæ ð dicitur leuis percussio, ut possit Episcopus absolue percutientem clericum ab excommunicatione, cap. si quis suadente. 17. quest. 4. notat Faber, & Ang. in 8. artic. Ins. de iur. Syluest. in verb. absolutio. 4. in prin. Floren. in 4. part. tit. 24. cap. 1. §. 3. gloss. in cap. cum illorum. eo. tit. in verb. mutilationem. ter. & ibi Dd. in cap. peruenit. in 1. de appell. & in const. Ioan. 22. quæ incipit. Perlectis literis. nondum typis excusa, ex quibus ea distinc- tio iudicis arbitrio relinquatur, tamè illud est obseruatio- ne dignum, quod nisi quum percussor clerici, etiam animi vlciscendi, & iniuriam inferendi habens, ea iuris excom- afficitur, si ea percussio ita leuis sit, ut veniale tantum pec- catum, non mortale, percussor commiserit. quemadmo- dum in specie ista notat Martinus ab Azpilcueta in cap. aut verba. 1. l. q. 3. col. 139. auctoritate diuii Tho. qui in 2. 2. q. 88. art. 4. docet, iniuriam leuem, etiam animo vlciscendi, & iniu- riam inferendi illatam, veniale peccatum esse. quod & de iustitia in re leui ipsemet scripsit in eadem. 2. 2. q. 60. artic. 3. nos obiter attigimus lib. 1. var. resol. c. 1. col. 3.

Quarto eadem ratione interpretandæ sunt generales quædam excom. à iudicibus contra eos, qui furtum com- miserunt, lata. nam his censuris minime ligatur qui ita leue furtum commisit, quod eius causâ veniale tantum, nō mor- tale crimen contraxerit. quandoque enim furtum veniale tantum peccatum est, quia in re leui contigerit, ut explicat idem Thom. 2. 2. q. 59. art. 4. & q. 66. art. 6. cuius opinionem & nos examinauimus lib. 1. var. resol. c. 3. nu. 21.

Quinto hinc aperitur interpretatio gl. in c. duo. 96. ff. de conat. contingentem, dignam esse excommunicatione. cuius glo- memineret Pan. in c. 1. de iud. num. 10. & ibi præter alios Ripa, num. 29. idem Abb. in c. sane. de off. del. in cap. ex parte in 7. de ver. sign. & Corf. in sing. in verb. contumax. Fel. in Rub. huius tit. num. 1. cuius assertiois ea est ratio, quod contumacia in nō com- parendo maior sit, quam in non parendo. gloss. in clem. 1. de dolo. & cont. in gl. magna. in prin. gl. in l. creditor. ff. de appell. notat Abb. Dec. numer. 13. Ripa numer. 32. & Alc. num. 17. d. cap. 1. ete- nim qui contumax est, in non comparendo, etiam simul contumaciam in non parendo committit, ut constat, idcir- co hæc contumacia, utrunque sit in re leui, digna est ex- communicatione. præsertim, quia contumax in non com- parendo, peccatum inobedientie contrahit, quod non aliter quam ex contemptu conficitur, ut explicat S. Tho. 2. 2. quest. 105. art. 1. & Caiet. quest. 104. artic. 2. contemptus autem, ut superius §. 7. exponebam, mortale peccatum est: igitur contumacia, etiam in re leui, excommunicationem mortalem iustissime patitur, si contingit in non comparendo.

nouis 271. & 316. Paul. Cast. in d. §. preter. ait. colu. 1. Fel. in c. cum sit Romana de appell. nu. 13. & seq. Præpof. in d. c. caueant. cōtra gl. in ibi. & lastimeq. And. Tiraq. lib. 1. de retrat. §. 9. gl. 2. n. 4. A qua quidem opinione casus aliquot excipi solent. in quibus etiā ad excommunicationem proferendam in aliquē non est necessaria monitio personalis; sed satis sufficiens erit ad domum habitationis, similive modo facta.

Primus passim constituitur, quoties qui excommunicā- dus est dolo latet, & subterfugiat personalem monitionē: sic etenim notant idem Inno. & Dd. in d. c. vlt. optimus tex. in c. 1. qui matris. accus. pof. & in c. quoniam frequenter. §. 1. vlt. lit. nō contest. & in c. perlatum. qui filii sunt leg. Bartol. Pau. de Castr. & Dd. in d. §. Prætor ait. Matthes. not. 133. And. Tiraq. in d. gl. 2. nu. 7.

Secundus est, cum quis legitime fuit iam semel citatus ad causam personali quidem citatione: etenim postmodū poterit citatus ad domum, aut per edicta, vel in ipso tribunali excommunicari: quod vltimū est Rotæ in nouis. 399. & Felin. in d. c. cap. cum sit Romana, numero 14. hunc sane maximum effectum habet legitima, & personalis citatio ad causā integram discussionem factā.

Tertius casus contingit, quoties citatio, vel monitio ad domum facta peruenit ad ipsius excommunicandi notitiā; hæc enim sufficit, vt legitime excommunicari possit, & excommunicatus censetur, notat Felin. in d. c. cum sit Romana. nu. 15. auctoritate Rotæ in nouis 402. & reg. eum qui certus de reg. in 5. tex. optimus in d. c. Clement. causam. de election. ex quo citatio illegitima cum notitia subsēcuta ita ligat. sicut citatio ab initio legitima: quem tex. ad hoc induxere Roman. consilio. 410. Hippol. in Rubr. C. de probatio. n. 371. idem in sing. 259. Ludo. Gomez. in regul. Cancellar. de non iudicand. iuxta formam supplicat. questione 16. num. 68. notat idem Andreas Tiraquel. in d. c. §. 9. gloss. 2. nu. 16. Felin. in cap. Gratum. nu. 4. de offic. deleg. quorum opinio communis est.

Quartus casus est, cum quis fuerit male absolutus ab excommunicatione, & tractetur de reducendo eum in primam excommunicationem: erit enim tunc satis, quod ad domum citetur, & moneatur, nec requiritur personalis monitio: quemadmodum Rota in nouis censet. nu. 399. cui accedit Felin. in d. cap. cum Romana. nu. 15.

5 Monitio autem legitima in hac specie ad infligendam excommunicationem censuram trina debet esse, quod probatur in d. c. cap. contingit. & in d. c. de illicita. & in c. constitutionem. supra isto titulo. & est communis omnium sententia gloss. & Doct. inibi sufficit tamē vnica admonitio in tres distincta terminos, seu in tria dierū interualla in hunc sane modū: Te ipsum admonemus, vt intra quindecim dies, quos tibi pro tribus distinctis monitionibus cōstituiimus, satisfacias, ad iudiciū accedas, aut respicias. hæc etenim est sufficiens admonitio: sicuti probat tex. vbi glo. communiter recepta in d. c. cap. constitutionem. Nisi facti necessitas, hæc interualla suaserit moderanda fore, quod vltima eiusdem capit. parte expressim permittitur, & id iudices caute, & diligenter obseruare debent. quibus non oberit gloss. insignis in Clement. 1. versicul. 3. de vit. & honest. cler. asseuerans non sufficere vnica monitionem in tria distincta dierum interualla, quoties à iure trina monitio requiretur. cuius gl. vltra Dd. ibi meminere eam secuti Alex. in l. 2. colum. 5. ff. de re iud. Abb. in c. 2. ne. cler. vel monach. & in c. ex tue. de cler. non resident. Felin. in c. consulti. numer. 13. de offic. deleg. in cap. contingit. in 2. isto tit. idem in c. quoniam. §. porro. numer. 22. vt lit. non contestat. Roman. in singul. 719. tex. iuncta gloss. & ibi Bald. in cap. 1. de vasallo. qui comun. ex est. nam hæc conclusio vera est quo ad incurrendam pœnam, iuris & à iure statutam: non tamen quo ad pœnam ab homine infligendam: qua quidem interpretatio ex præcitatatis iuris vtriusque decisionibus colligitur, præsertim non oberit præcitata gloss. quippe que tractat de vera pœna, & de punitione legis, qua propriam pœnam infert. at in hac specie nos agimus de excommunicationis censura, qua vere ac proprie pœna non est: sed medicina quædam, qua respicienti, & volenti pœnitere nullū damnum, nec vllam læsionem infert.

Trina vero monitio, quam ad excommunicationem diximus esse necessariam, requiritur in excommunicatione ab homine ferenda: non tamen in excommunicatione lata à canone, vel statuto. ipsa quidem lex, qua ita mature & caute censuram istam indixit, quotidie admonet subditos, ne prohibitu crimē cōmittant, rem ve lege vetitam agant, & circa specialis monitio necessaria non est: sicuti in spe-

cie probatur in cap. à nobis, in princ. isto titulo. & in c. si quis suadente. 17. q. 4. cap. 2. de constitut. in 6. adnotarunt Henric. & alii in d. c. Jo. Ioan. Lupi. in cap. per vestras. de donation. inter virum & uxor. §. 18. nu. 19. quod adeo verum est, vt semel excommunicatus à lege vel canone ipso iure possit iterum ab homine causa ciuile criminis, & contumaciæ excommunicari absque monitione. etenim posse in hoc casu quempiam iterum ab homine sententia excommunicationis ligari, præmittit gloss. in verb. promulgare. ad finem. isto titulo. & tunc non exigi monitionem saltem trinam, probat elegans decisio in cap. reprehensibilis. de appellat. quem textum ad hoc signatè adnotarunt Abbi. & Franc. inibi Felin. in cap. 2. colum. 2. de sponsalib. tamen si postea ea responsio intelligi non in excommunicatione noua lata ab homine contra eum, qui iure ipso sit excommunicatus: vt intellexere Panormitan. Franc. & Felin. sed in declaratione, & denunciatione excommunicationis à iure ipso lata. etenim ad hanc declarationem non est necessaria monitio canonica: quia iudex ipse denuncians non est necessaria monitio, imo ius ipsum excommunicauit, quod satis deducitur ex dicto capital. reprehensibilis. Sed obseruata diligenter ratione; qua Doctores vtuntur, ex ipsius capituli verò intellectu non videtur posse plane hoc discrimen iure constitui: imo si ipsius canonis prohibitio loco monitionis haberi debet, quamuis non sit per ipsum canonem lata excommunicatio, poterit à iudice ferri vnica saltem monitione præmissa. ne id fiat quod canone prohibuit extat. quod Ioan. Lupi in d. nu. 19. adnotasse videtur. licet auctores ab eo citati id aperte non scripserint: sensere tamen Ioan. And. in c. 1. ne cler. vel monach. & Rota 19. in nouis, de dolo & contum. vt quæ tamē sit & ille text. intelligatur; licet monitio canonica non sit necessaria, oportet de facto & crimine, cuius causa excommunicatio indicta est, citata parte prius constare, gloss. in Clement. præfenti. in verbo constituitur. de sensib. & in demer. multorum, de penis. notant Rom. in consi. 482. col. vlt. Dec. in d. cap. 2. reprehensibilis. Panorm. in cap. parochianos. de sent. excomm. Curt. Sen. con. 20. dub. 1. late probans declarationem alteri factam nullam esse ipso iure, auctoritate tex. in c. 1. de caus. poss. & prep. Clem. pastoralis. ad fin. de re iud. l. de vnoquoque. ff. de re iud. id tenent Felin. in c. Rodolphus. de recri. ver. citatur etiam pars. Card. & Imo. in c. exiit pande. 7. col. de proben. Hiero. Gig. de pensio. q. 78. n. 5. atque ita est intelligendus tex. in c. reprehensibilis. cuius etiam meminit Hippo. in l. vnica. C. de rapt. virg. nu. 66. est & pulcher text. de hac denunciatione & declaratione excommunicationis in c. pastoralis. §. verum. de appell. & in c. cum secundum leges. de her. istis. est satis expeditum, has declarationes fieri debere aucta, & citata parte.

Et hæc quidem adeo vera sunt, vt etiam in notoriis excommunicationis sententia non sit aliter ferenda, qua monitione canonica præmissa: quoniam enim ob contumaciam hæc censura feratur, constat, prius monendum fore ipsum delinquentem, vt inde appareat, an vere contumax sit: licet crimen sit manifestum, quod deducitur à gloss. in c. Episcopi. 11. q. 3. & gloss. in d. c. cum sit Romana. §. vltim. de appell. quo in loco Host. Abb. Dec. & alii hanc opinionem in specie probant, Innoc. Ioan. And. Henr. & alii in d. c. sacro. non obstat, quod Apostolus Corinthum illum absentem, & irrequisitū excommunicauit: vt meminit tex. in d. §. vlt. nam licet eo tēpore, quo illum Apostolus excommunicauit, minime admonuerit, prius tamen, & sapissime illum per frequentes admonitiones ad pœnitentiam agendam ducere conatus fuerat. qua ratione euidenter constat, eius contumaciam notariā esse: quo casu absque vllā monitione potest quis excommunicari: sic sane in cōtumaciæ notoriū fieri potest excommunicatio absque alia monitione. tex. in c. illud. de cler. excom. missi. idem probatur. in c. 1. de iud. vbi Abb. Deci. super gl. vlt. & Ripa. n. 81. hanc eandem opinionem defendere conatur: tamen Alc. inibi nu. 61. aduersus eam disputet. & hæc sunt omnino adnotanda, etiam si Ant. in d. c. 1. de iud. col. 14. & Felin. in d. c. sacro. teneant excommunicationem in notoriis posse ferri absque monitione e. de manifesta. 2. q. 1. s. excommunicat. de accusat. cum aliis, quæ solent adduci ad probandum, non esse necessariam citationem in notoriis.

Hinc deinde examinari poterit, quod quidam in hoc tractatu adnotarunt, asseuerantes excommunicationem posse ferri in aliquem absque canonica monitione, quoties ea pronunciat ad defensionem proprii iuris à prælato, potius vt priuatu, quam vt iudice: nepe contra occupatam res ecclesia iuxta responsum tex. in c. dilecto. isto titulo. hanc opinio-

opinionem tenuerunt inibi Ioan. And. Domin. & Franc. Lapsus, alleg. 73. Felin. in d. c. sacro. 2. col. Dec. in d. c. reprehensibilis. d. e. appellat. in d. c. 2. col. Ant. in c. venerabilis. colum. 2. de censibus. hoc tri-

7 Quod si excommunicatio lata fuerit non praemissa canonica, & trina monitione, iniusta censenda est, non tamen nulla: imo valet ipso iure, quod eleganter promittit text. ubi glo. communiter recepta in verb. iniustas in c. Romana sub isto tit. gloss. in d. c. sacro. & ibi Panorm. Felin. & alii. gloss. in summa. 2. q. 1. gl. in cap. de excess. pralat. Panorm. in c. qua fronte. n. 7. & in c. reprehensibilis. n. 13. post gloss. ubi de appell. Idem Panorm. in c. ad audientiam. eod. tit. ubi in fin. ubi Decius quorum opinio communis est, & comprobatur autoritate gloss. in c. 1. isto tit. in verb. causam qua ad finem. Scribitur excommunicationem latam contra ordinem, & formam illius constitutionis validam esse, non autem nullam, etiam si iudex puniendus sit poenis ibidem statutis quod opinione sequuntur Ioan. Andr. Domin. & Franc. in d. cap. 1. Panorm. in cap. ab excommunicato. column. 2. de rescript. nec refert, quod excommunicatio lata sit a iudice ordinario, an a legato. nam & excommunicatio lata a iudice delegato non praemissa canonica monitione, non est nulla, imo valet, & vim obtinet ipso iure, quod ita visum est Panorm. in cap. vii. de prebend. idem rursus & Dec. in c. reprehensibilis de appellat. Panorm. & Cardin. in c. illud. de cler. c. exco- muni. in iuris. Roman. consil. 554. Rotae in antiquis. 556. Felino. in c. cum sit Romana. col. penult. de appellat. Rotae antiquiori. 3. tit. de sentent. excommunicat. quorum sententia frequentiori Doctorum suffragio recepta est: tamen si contrarium conetur defendere Rotae in antiquis. 139. Felin. in d. c. sacro. col. 1. Nicolaus Milis in verb. citat. col. pen. quod vero diximus de sententia excommunicationis, & in sententia interdicti verum esse, post alios censet Cur. Senior con. 20. dub. 2.

8 Sunt tamen qui existunt, excommunicationem latam a iudice delegato tunc nullam esse, si absque trina canonica monitione lata sit, cum in mandatis iudex is habuerit, quod excommunicationis sententiam ferat canonica praemissa monitione: quasi in hac specie lata sit excommunicatio contra mandati formam. cap. cum dilecta. de rescript. cap. Pisanis. de rescript. sicuti expressim voluit Domin. in c. Romana. §. sed. nec. n. 3. §. 3. tit. fenit Innoc. in d. c. Pisanis. dum asserit, excommunicationem latam contra formam datam ab homine nullam esse, & addit inibi Imola, etiam si ab homine data sit forma dispiciens idem quo ius commune: quam sententiam sequuntur Albertus Brunus in tract. de forma, & solemnitate. in quest. quando censetur aliquid traditum pro forma. conclusio. 12. quibus suffragatur text. iuxta primum gloss. intellectum in cap. cum dilecta. de rescript. qui probat, censeri formam in mandato dari, & constitui, a delegato, etiam si ordo aliquo iure requisitus inibi exponatur. Hanc etenim interpretationem notant & sequuntur Panorm. Bartol. & Felin. vers. primum signum. in d. c. cap. cum dilecta. Bald. in l. prolatam. column. 3. C. de sentent. & inter loc. omn. ind. idem Bal. in l. 1. C. de appellat. Abb. & Felin. num. 8. in cap. causam qua. de re iud. nec obstat l. condiciones qua extrinseca. ff. de condit. & demonstrat. l. 3. & ibi not. ff. de legat. 1. cap. signi- ficati. de electio. quibus in locis communi omnium sententia adnotatur, minime inducere formam, nec conditionem, ea quae iure insunt, etiam si ab homine expressa fuerint. hoc etenim verum est, cum eo modo, & in eum finem ab homine exprimentur, quo & in quem iure tradita sunt: aliqui si ea quae iure insunt ad instructionem causae, & ad iustitiam ministrandam, ab homine in mandatis tradantur, ex praesumpta hominis mente ad formam, & solemnitate constituendam: tunc forma tradita censetur. sic ordo iuris, in mandato iurisdictionis expressus ad instructionem causae, & iustitiae ministerium, formam non inducit, quae tamen constituit, si ab homine speciali quadam cautela ordo iuris modum procedendi concernens fuerit tractans: quem admodum Panorm. & alii modo citati explicarunt: ac facillime omnium Albertus Brunus in d. cap. quando

conferatur aliquid traditum pro forma. concl. 13. qui optime expendit Bartoli sententiam huic negotio conuenientem in Laem proferre. §. fari. ff. de arb.

Ceterum indices ecclesiastici, quibus iure diuino, & humano vsus huius censurae competit, cauere debent in ea infligenda, vt feruent iuris Pontificii decreta, & sanctiones, ordinemque ab eis institutum: cum alioqui puniendi sint poenis itatutis. in d. c. sacro. & in cap. 1. huius tit. quorum intellectum praeter Doctor. ibidem, exponit Lapsus late in allegat. 73 atque haec dicta sint de excommunicatione, quo ad trinam monitionem, quae ad eius iustitiam necessario praemittenda est, tamen nihilominus absque eo ordine lata ipso iure valet. & ideo absolutionem exigit, iuxta eam resolutionem, quam in iusta excommunicatione hac in relectione tradidimus. eam etenim maxime obseruandam fore opinamur, pium & vere Catholicum lectorem admonentes, vt huic censurae morem gerat, eamque reuerenter timeat, sollicitae ac diligenter curans seipsum ab ea absolui potius, quam contumaci animo eius viribus refragari.

§. DECIMVS.

Ex quibus causis excommunicatio fiat, vel non.

SVM M A R I A.

- 1 Excommunicatio an fieri possit pro futuris culpis. & ibi intellect. c. a nobis in 1. de sent. excom. & c. Romana. §. caueant eo tit.
- 2 Excommunicatio lata a iure differt ab ea, quae sententia iudicis lata sit.
- 3 Subditus statuentis delinquens extra territorium, an ligetur excommunicatione.
- 4 Excommunicatio an ferri possit sub conditione: si intra certum diem non satisfecerit.
- 5 Vfus forensis, quo fertur excommunicatio conditionalis, defenditur.
- 6 Excommunicatio conditionalis, an trahatur retro ad diem, quo lata fuit.
- 7 Excommunicatio nunquam afficit, nec ligat ignorantes. Statutum facti est, itaque facile excusat ignorantes. & ibidem multa de statutis.
- 8 Ignorantia constitutionis excommunicantis pro actu aliquo damnato, an excuset quem ab excommunicatione.
- 9 Ignorantia poenis non excuset quem ab ea liberum.
- 10 Obligatio naturae in delictis non oritur a consensu delinquentis in poenam.
- 11 Expenditur text. in c. 1. §. 1. de peccato, quod est poena peccati.
- 12 Ignorantia iusta, qua ratione excuset a peccato, & eius poena.
- 13 Ignorantia iusta qualitate excusat a peccato, quod ratione illius aliqui contrahitur.
- 14 Occidens Sempronium errore quadam iusto, putans eum esse Titium, quem volebat occidere, an sit puniendus.
- 15 Traditur intellect. ad text. in c. si vero in 2. de sent. excom.
- 16 Distinctio dantis operam rei licitae, vel illicitae, an sit admittenda: ubi adest ignorantia probabilis, & iusta.
- 17 Peccatum, an possit contingere per ignorantiam, & an iuste puniatur, atque inibi vera interpretatio l. 1. ff. de legib.

His proxime accedit, quod excommunicatio, quia temere & incaute ferenda non est, minime debet pro futuris culpis in quenguam infligi: cum tanta censura, & tunc grauis afflictio praesentem culpam exigit, qua de re extat pulchra huius Rubricae constitutio, ab Innocentio quarto his eadem constituta verbis: Caueant etiam, ne tales sententias excommunicationis, siue specialiter, siue generaliter in aliquos pro futuris culpis: videlicet, si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis, sub hac forma, si de illis infra tale tempus minime satisfecerint, proferre presumant: nisi mora in exhibenda satisfactione, vel culpa, seu offensa praecesserit: quibus merito ad iniungendam satisfactionem huiusmodi, & taliter prohibenda familia inducantur: aut alia rationabilis, quam in ipsis sententiis expriment, causa sublit. Haec tamen Innocentius, a cuius responso potissime illud deducitur, excommunicationis sententiam non esse, etiam generaliter pro futuris culpis pronunciandam.

Huic vero conclusioni obiicitur passim text. in cap. a nobis in prin. isto tit. quo tunc decisum est, excommunicationem generalem posse in hunc modum ferri, quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus. Etenim pro futuris culpis fertur, & pronuntiat hae generalis excommunicatio, validaque censetur: idem probatur in cap. vi. animarum periculis. de constit. in 6. & tamen glof. communiter recepta in d. cap. Romana. §. caueant. in verb. futuris. ita hanc antinomiam conciliare tentat, vt distinguendum sit inter sententiam hominis, & statutum, vel canonem. Nam ab homine non potest sententia excommunicationis generaliter pro futuris culpis ferri: a cano-